3343 Veronae sub ponte novo iuxta forum piscatorium GAMM. LIL.; supra pontem novum orientem versus MARCAN.; similiter RELIQUI. Frustra indagavi.

M · NONIO
M · F · POB
MVCIANO
P · DELPHIO
PEREGRINO
TRIB · MIL · LEG · X · FRET
QVAEST · AED · PR · LEG
PRO · PR · PROVINC · ASIAE
PATRONO
D · D

Servavit Antiquus; scilicet habent Felicianus n. 80; Marcanova Mut. f. 122′ n. 74; Ferrarinus f. 18; Redianus f. 71′ n. 133; Gammarus f. 129; Lilius f. 31′; Iucundus f. 66 n. 38; Apianus 329, 5 (inde Ligorius ms. Taur. 18); Sarayna apud Pacedianum ms. et Lat. f. 49′, Ital. f. 83; Panvinius p. 226 (inde Grut. 442, 2 ex Sarayna et Panvinii schedis); Siauve *lett. sopra l' iscr. del console Muciano* p. 35 ex codice anni 1500, eodem exemplo omnes.

In vv. div. consentiunt Gamm. Lil. Paced. — 4 DELHIO Sar. — 7 QVEST Sar. (Lat.). — 8 AFRAE Apian. (ut Peutinger cod. 526 f. 122′), AFRICAE Ligor.

3344 Veronae in fabrica maioris ecclesiae FERRARINUS. Calderii prope Veronam SIRM. Calderii in parietibus balneorum SAR. similiterque PAP.

PETRONIO
PROBO · V · C
TOTIVS · ADMIRA
TIONIS · VIRO · PRO
CONS · AFRICAE · PRAEF
PRAETORIO · ILLYRICI
PRAEF · PRAET · GAL
LIAR · II · PRAEF · PRAET
ITALIAE · ATQVE · AFRICAE
III · CONS · ORDINARIO cos. a. p. C. 371
CIVI · EXIMIAE · BONI
TATIS · DISERTISSIMO
ATQVE · OMNIBVS
REBVS · ERVDITISSIMO
PATRONO
NEPOTI · PROBIANI
FILIO · PROBINI · VV · CC
PRAEF/ · VRBIS · ET · CONSS

Habent Ferrarinus cod. Trai. f. 19′ (inde, scilicet ex schedis Farnesiis et Iac. Valerii, Mur. 385, 4) unus ex antiquis et Sirmondus cod. 1417 n. 13 auctore non indicato, sed vix ex Ferrarino, cum loci indicatio differat. — Accedit exemplum imperfectum et pessime interpolatum, quod ex Hieronymo mansionario nescio quo afferunt codex Papiensis CXXX. E 10 f. 34′ et Vent. Minardus de balneis Calderii (Venetiis 1571) f. 20, item Sarayna Lat. f. 44, Ital. f. 72′, a quo pendent Carotus f. D′; Panvinius p. 226; Fabricius antiq. p. 83; Grut. 450, 1 e Sarayna et Panvinii schedis; Moscardo *stor.* p. 27.

Vv. divisionem sic indicat virgulis Sirmondus convenitque fere cum ea Ferrariniana (cod. Traiect.). — 6 ILLYICI Ferr. — 7. 8 PRAE · ET · PRAEFEC||GALLIAR Ferr. — 9 ATQ· Ferr. — 10 IIII pro III Ferr. (Trai., non libri posteriores eiusdem). — 13 ATQ·OMNIB· Ferr. — 14 ERVDITISSIM Ferr. — 16 PROBINI Sirm. — 18 PRAEF traditur. — COSS Ferr. — Interpolatum exemplum praemittit V·IVNONI · SACR · F (quod coniunctum est cum titulo falso Caldieriano n. 390*) et haec mutat: 2 VE (NE Pap., VET Carotus) pro V·C, 4 V pro VIRO, 5 AFFRICAE, ET pro PRAEF, 7. 8 PRAEF · GRAECIAE · GALLIAE·II (GALIARVM·V Pap.), 9. 10 GALLIAE · ATQVE · AFRICAE · PRAEF · VERON·III·CONS·ORDINARIO (V·ASSIE· ATQ· AFRICE · III · CONS · ORDINARIO · PREF · VERON Pap.) pro ITALIAE · ATQVE · AFRICAE III · CONS · ORDINARIO, 12 DISERTISSIM, 13 ERVDITISS reliquis omissis, pro quibus adnectitur titulus falsus vel potius male ad Veronam relatus n. 389* et clausula (v. 11—13 LARIB—AVGVRE · CONS) tituli n. 3257. Denique in fine est VOTO · SOLVTO.

Eiusdem viri Romae extant tituli complures (v. Rossi inscr. chr. 1 p. 238), quorum subieci duos, unum secundum Henzenum 6418: *Nobilitatis culmini, litterarum et eloquentiae lumini, auctoritatis exemplo, provisionum ac dispositionum magistro, humanitatis auctori, moderationis patrono, devotionis antistiti Petronio Probo v. c., proconsuli Africae, praefecto praetorio per Illyricum Italiam et Africam, consuli ordinario ob insignia erga se remediorum genera Veneti adque Histri peculiares eius patrono praestantissimo. Dedicata VI idus Aug. dd. nn. Valente VI et Valentiniano II Augg. cons.* (378 Aug. 8), alterum secundum Marinium *iscr. Alb.* p. 59: *Sexto Petronio Probo v̄. c̄., proconsuli Africae, praefecto praetorio quater Italiae Illyrici Africae Galliarum, consuli ordinario, patri consulum Anicius Probinus v̄. c̄. consul ordinarius et Anicius Probus v̄. c̄. quaestor candidatus filius munus singulari religioni debitum dedicarunt.*

3345 rep. Veronae m. Iul. 1851 *sotto il magazzino di legna di Giovanni Capelli,* deinde apud Ferruzzium MONGA. In hortis Ferruzzianis ad S. Martini extra Veronam EGO.

/VR · VI
NTIVS FI
V · C · E · TE NT
GENONA CLA/
DIA · C · F · NVRVS
SOCRVI · I/ARE

Descripsi repperique praeterea in schedis Mongae patris. 4 CLA/ Monga, recte opinor; CLA ego.

3346 basis magna utrimque inscripta eodem exemplo, alta cent. 66, larga et longa cent. 88, Veronae rep. a. 1850 inter rudera moenium Gallienianorum in aedibus Fasanotto n. 1462, deinde apud Smaniam.

. . . .
. . . . *bello*
BATONIANO · PRAEFVIT a. p. C. 6/9
IAPVDIAI · ET · LIBVRN
SIBI · ET · LIBERTIS
T · F · I

Descripsi. Ediderunt Caesar Cavattoni *lettera al Conte Fregoso sopra un' iscrizione geminata ora discoperta in Verona* Veronae 1850. 8 pp. 26 (inde Kandler Istria 1851 p. 83) et Orti ann. inst. arch. 23 (1851), 85; ab his Henzen 5277 cum add.

Lapis quamquam supra integer est, tamen recte observavit Henzenus desiderari tituli principium scilicet perscriptum in lapide olim adiuncto.

3347 Veronae rep. in hortis ecclesiae S. Iohannis in valle, deinde in museo Moscardiano MOSC. Nunc in museo philharmonico.

q
P ROVINC *SIcIL*
AEDIL · PLEB PR
PVBLIC · PATRON
D D

Contuli imminutam. Habent Moscardo mus. 1672 p. 409; Mur. ms. et 740, 4; Dionisi f. 12′. Damnavit titulum indubiae antiquitatis, quoniam legere non potuit, Maffeius in arte crit. p. 196.

Supra desecta potius quam fracta. — 1 P·ROVINO SIBILO Mosc., ROVINO · SIBIL Mur. Dion. — 2 fin. IR hodie cernitur et sic I·R etiam priores.

3348 Veronae in domo Dionysii Cepollae olim summo nobilis domus muro exigua tabula sub ipsum tectum infixa, deinde in museo philharmonico MAFF. Extat ibi n. 477 inter falsas.

ve XILLIS IIII
ORONA · VALLARI · TRIVM[PHAL]
RICO THEAT[RVM CONDENT]
hon ORIS · CAVSA · [TRANS · ATH]
P A T R O N O

Contuli. Legitur neque loco adscripto neque auctore apud Manutium cod. 5235 f. 38 in fine Veronensium, deinde apud Maffeium M. V. 177, 1 et in arte crit. lap. p. 191, qui damnat.

Titulus ipse omnino genuinus est, sed interpolatus scalpro recentiore, cuius vestigia apparent ibi praesertim, ubi litteras posui intra uncos. Quamquam et hae non tam ab eo scalpro videntur proficisci quam ad ductus antiquos vetustate obscuratos ita expressae esse, ut in elementis restituendis recens lapidarius subinde peccaret. Vidit autem titulum ita instauratum iam is qui Manutio eum descripsit. — V. 1 fin. numerus non certus.